



## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Provisione Et Obtentione Beneficiorvm

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

842. An suffragetur hæc regula possessori non percipienti fructus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74485)



nem resignationis, & non captam possessionem. Paris. cit. n. 62. junctio. 61.

*Questio 840. An, & qualiter hæc regula de annali defendat possessores alios inhabiles & incapaces, vel etiam carentes omni titulo?*

**R**espondeo primò in genere: hæc annalis possessio defendit quemcumque possessorem alios inhabilem. Paris. de resign. l. 3. q. 5. n. 67. citans Sarnen. ad hanc regulam. q. 51. Ubi is adducit hujus rei rationes. Castrop. de benef. tr. 13. d. 2. p. 33. n. 6. citans Azor. p. 2. l. 7. c. 3. 4. q. 5. & Rebuff. hic gl. 3. nimirum dum impetrans non exprimit specificè & determinatè causam inhabilitatis, non quòd ex illa possessione jus aliquod in beneficio acquirit possessor talis; sed quia, dum causam nullitatis specificam non exprimit, virtute hujus regulæ ab impetratione excluditur. Castrop. loc. cit.

2. Respondeo secundò in specie: fendi hæc regulæ possessorem alios ipso jure privatum. Paris. l. c. citans Sarn. ubi ante. Limitat tamen hoc ipsum Paris. n. 86. & seq. ut non procedat in hæretico; citat pro hoc Castad. decis. 14. ad reg. Cancell. Rotam. in Illerdensi Præpositura, 1519. Item in privato beneficio ob non solutam pensionem. Item in eo, de cuius non titulo notoriè constat. citat pro hoc Sarn. hic q. 51. & exemplum adducit in resignatione non publicata, juxta quod statuit Gregor. 13. in Constitut. de publicanda.

3. Respondeo tertid adhuc magis specificè: defenditur hæc regulæ juxta auctorem analitici commentarii hic. ampliat. 7. & 8. apud Chok. hic n. 61. execrabilis, si possidet, sive post, sive ante privationem illam, sive computatis extremis, anni tamen contiui. Item defenditur juxta Gomef. hic q. 55. privatus ob non promotionem. Item intrusus juxta Crescent. decis. 35. n. 5. apud Chok. loc. cit. etiam in beneficio reservato, juxta Seraph. decis. 1060. Item spoliator (non tamen contra spoliatum) juxta Gomef. loc. cit. apud Chok. ed quòd (qua est responsio ad ultimam partem questionis) ut Chok. hæc regulæ odium duntaxat respiciat, impetrantium beneficia possessorum, & non requiratur canonicus titulus, nec bona fides, nec capacitas successoris, & sic sufficiat sola detentio, etiam asiniva & injusta per annum pacifica, ad excludendum impetrantes à Papa, nisi forma hujus regulæ ad unguem sit servata. Idem tradit Lott. l. 2. q. 51. n. 39. ubi ait: quòd hæc regulæ ab illa de triennali in hoc potissimum differat, quòd ista exigat titulum aliquem coloratum; hæc verò secus, adeoque contentetur asiniva detentione. citat pro hoc Crescent. decis. 4. de causa poss. & prop. C. de Luca de benef. d. 47. n. 19. ubi: prodiit hæc regulæ de annali in odium impetrantium, unde propterea non attenditur titulus, nec persona possidentis, sed solum factum impetrantis, adversus quem formam dictæ regulæ non servantem sufficit possessio, etiam nulla de facto, & ut dicunt, asiniva; citat pro hoc Gomef. hic q. 57. n. 8. & q. 64. in fine. Garc. p. 12. c. 2. n. 30. & c. ait tamen idem C. de Luca n. 16. citans pro hoc Seraph. decis. 983. n. 3. & Gomef. ad hanc regulam q. 51. non defendi hæc regulæ, de cuius non jure, seu non titulo in continente constat notoriè. Idem habet Tond. in qq. benef. p. 1. c. 85. n. 34. ubi: locus non est huic regulæ de annali, si

P. Leuren, Fori Benef. Tom. 1.

constat de non titulo possessionis; modò tamen de non titulo constet clarè & ovidenter, nempe per confessionem partis, vel per rem judicatam, citat pro hoc Seraph. decis. 983. n. 2. Paris. de resign. l. 3. q. 5. n. 7. De ceterò docet antiquus glossator Alphons. Soto apud Chok. hic n. 4. hanc regulam locum non habere in possessoribus privandis beneficio ob crimen vel aliam causam, sed solum in privatis ipso facto, hoc est, ipso jure; ed quòd regulæ dicat exprimentam causam, quare possessori jus nullum competat in beneficio; ei namque, qui solum privandus est per sententiam beneficio, jus adhuc competit in beneficio, donec privetur. Quin & post crimen admissum ante sententiam privationis validè & licitè resignare potest beneficium, non tantum simpliciter, sed etiam in favorem, juxta Chok. hic n. 22. de hoc fusè agentem, & citantem pro hoc Gurtirez. qq. can. l. 2. c. de clerico homicida. n. 30. Gomef. hic q. 42. Paris. l. 3. q. 16. Porò quæ sint crimina, ob quæ ipso facto & jure privetur quis beneficio absque eo, quòd opus sit sententià declaratorià privationis, sed solum declaratorià, talem istiusmodi criminis esse reum, dicitur par. seq. Vide tantisper Chok. loc. cit. ubi enumerat inter ea crimen læsæ majestatis, hæresis, sodomix, homicidii qualificati, vel assassini, falsificationis litterarum Apostolicarum.

*Questio 841. An suffragetur hæc regulæ possessori, ut is nisi possit exceptione hujus regulæ, etiam in quacunq; instantia contra impetrantem ignorantem, aliquem esse annalem possessorem?*

**R**espondet affirmativè Chok. hic n. 36. ex Mandos. hic q. 53. ed quòd hæc regulæ fit favorabilis, & licet præscriptio in odium negligentis non currat, nisi à tempore scientiæ; hoc tamen verum fit, dum agitur de damno vitando; non autem de lucro captando, juxta l. cui autem. ff. de his, quæ sunt in fraudem creditoris.

*Questio 842. An suffragetur hæc regulæ possessori non percipienti fructus, puta, quia hi illo anno debentur heredibus defuncti, vel fabricæ, vel Episcopo?*

**R**espondet affirmativè Chok. hic q. 62. Gomef. hic q. 47. & Mandol. q. 31.

*Questio 843. Qua quòd effectum hujus regulæ de annali veniant nomine beneficii?*

**R**espondeo sequentia: Primò officia & dignitates Ecclesiastica. Chok. hic q. 24. ex Rebuff. in pr. ad hanc regulam. gl. 3. & tr. de pacif. poss. n. 71. v. Officium. Secundò prætimonia, modò data sint in titulum perpetuum. Chok. n. 25. ex Mand. hic q. 12. Tertid juxta Gomef. hic q. 21. contra Mand. q. 9. apud Chok. pensio imposita super fructibus beneficii pacificè per annum possessi. Quartò beneficia commendata, juxta Gomef. n. 26. ed quòd hodie dum titulis æquiparètur, ex quo ad virā nunquam non concedantur. Quintò vicariæ perpetuæ. Chok. hic loc. cit. Mand. q. 13. Sextid Cappellanix, quæ in titulum dantur. Gomef. q. 20. Septimò beneficia juris patronatûs. Chok. cit. num. 25. citans Mohed.

2. Econtra tamen regulam hanc locum non habere in beneficiis juris patronatûs, censet Tond. in qq.